dar amorē. neq̄ reſignē tibi quotidie ꝑ merā obediē-
tiam. Et tā diu iniūctā patienter tollā ſarcinā. nec ꝓt-
ue reſiſtā donec locū obtineā deſiderate ſalutꝫ ꝛ pacꝫ

## ¶ De nuda crucifixione ꝛ de alta ꝛ longa ſuſpēſiōe eiꝰ in cruce dn̄i Jeſu.

Enedico ꝛ grās ago tibi dn̄e Jheſu xp̄e plaſ-
mator hois benigniſſime. ꝛ reparator vitiate na
ture ꝓ tua verecūda nudatōe an̄ crucis patibulū vbi
omni circunſpectāte plebe. corā rugiētibꝫ ꝑatꝫ ad eſ-
cam p̄donibꝫ. publice exutus es ꝛ ignominioſe dete
ctus. oībuſq̄ veſtibꝫ tuis cū dolore extractꝫ ꝛ in pre
dam datꝫ, cū magno ibidē ſtetiſti rubore ac tremore.
tenui dūtaxat lintheo p̄cinctꝰ ꝛ ſpineo ſerto ꝓ diade
mate coronatus oīm opprobriuꝫ ꝛ abiectio deriſiua
effectus Nil prorſus de rebꝫ mūdi ſeruans. ſꝫ tanq̄
exul ꝛ pauꝑ ꝑegrinus. imo oīm pauꝑum pauꝑrimꝰ
omni re ꝛ hūano ſolatio deſtitutus. Sicut em̄ Adaꝫ
ille p̄mus in ꝑadiſo poſitus an̄ lapſuꝫ ſuū nuda lib-
ertate inceſſit. ſic ꝛ tu nūc pari mō crucē nudus aſcen-
dis. ꝑadiſuꝫ reꝑaturꝰ amiſſuꝫ. de q̊ ip̄e peccādo fuit
eiectus ꝛ longe ꝓpulſus. Ut .n. ꝑdita ei reſtitueretur
innocētia. ac v̄tutū indueret amictu. dignus q̄ꝫ fieret
vita eterna. paſſus es tua tibi auferre veſtimēta dolo
ribus ꝛ ꝯfuſioībꝫ impleri. ꝛ tandē amariſſima morte
mulctari. Laudo ꝛ honorifico te ardētiſſime ama
tor ſalutis noſtre. ꝓ tua rigidiſſima extenſiōe ſuꝑ du-
riſſimū crucis lignū. tibi ad appodiandū imollit ſub-
iectum ꝓ acutiſſima ꝑforatōe manuū ac peduꝫ tuoꝝ
et incuſſione groſſoꝝ clauorū. quoꝝ ſonitus potuit a
remoto audiri. ꝛ intuentiuꝫ dura corda flebiliter ꝯmo

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-i-44-2/0070
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG